

REVERENDO IN CHRISTO PATRE AC DOMINO RUPERTO VAVCOP SCOTO, THEOLOGO, APOSTOLICO

*in utramq; Bauarium Legato, &c. Presidente, M. Gregorius Vernborgerus, Archiepiscopi Treuerensis &c.
Sacellanus. Questionem subscriptam, cum annotatis conclusionibus, defensabit.*

THEOLOGICA QUESTIO.



Ioh. 16.
Ioh. 7.

ST ne Confirmation Euangelicæ legis, à Christo institutum Sacramentum, tantæ necessitatis, ut sine ea non pateat salutis via: Tantæq; exs
cellentiæ, ut nulli, qui ad Episcopalem sortem non sit electus, liceat illud administrare?

CONCLVSIQ; PRIMA.

Christus Confirmationem non exhibendo, Sed promittendo instituit, dum recessurus promisit Paracletum, qui suggestendo quæcumq;
dixisset, daret augmentum, firmatatemq; fidei, & iustitiae. Neq; decuit gratia Confirmantis Sacramentum, & Spiritus sancti prius plenitudi
nem dari, quam ipse Christus, ad dexteram patris sedens glorificaretur.

COROLLARIVM.

Hallucinantur qui Confirmationem, humanam quandam traditionem credunt.

CONCLVSIQ; SECUNDA.

Confirmationem esse sensibile, Sacrum, atq; efficax signum, gratia gratum facientis, testatur acta Apostolica, Ecclesiæ definitio, & Concors Sanctorum
Act. 8. Patrum sententia, atq; ita Sacramentum Euangelicum esse confitemur.

COROLL.

Merito igitur atro Albigiensium, Vuiclessuistarum, & Græcorum carbone ueniunt denigrandi, Qui cum illis uirtutem huius Sacramenti negant, Cras
Act. 5. uiorig; digni sunt perditione, quam quæ à Petro fuit Simoni mago imprecata, qui hoc donum Dei, scilicet potestatem confirmandi, pecuniariori pretio emi
posse & uoluit, & credidit.

CONCLVSIQ; TERTIA.

Digne suscipientes Confirmationem, assequuntur robur & fortitudinem, ad Constanter & intrepide protestandam fidem, atq; uirilius resistendum sug
gestionibus mundi, Carnis, atq; Diaboli.

COROLL.

Confirmandi nō ab remonēdi sunt ad confessionē faciēdam, ut docet Aureliense Conciliū, ne scilicet posita obice peccati, priuentur fructu tanti mysterij.

COROLLARIVM.

Quum fidei constantia, atq; firmitate resistendum sit Diabolo, quum circuit querens quem deuoret, grauiter eos peccare est in confessio, qui confirmatio
nem, quæ huiuscmodi arma ministrat contemnunt atq; suspicere negligunt.

CONCLVSIQ; QVARTA.

Quū fidei per poenitentiā, quæ est secūda tabula post naufragiū, sit accessus ad gratiā, si quis per peccatū eā perdiderit, dicēte Christo, Pœnitentiā agite &c.
non erit confirmatio tātæ necessitatis, ut sine ea (citra contemptū) non possit quis euolare ad superos, utpote cū nullo præcepto oēs ad eam absolute obligetur.

COROLLARIVM.

Mala est, atq; Erronea, quorundam collectio simplicium ex communī plebe, qui ideo putant confirmationem non esse Sacramentum, Quia eorum Epis
copi illam raro, aut nunquam ministrant, (non enim ministrant, aut certe raro ministrant): Quia non sit Sacramentum. Sed forte minus sunt solliciti illam
ministrare, quia sciunt non esse absolute necessarium saluti.

COROLLARIVM.

Viceuersa, scrupulosa nimis, atq; erronea est quorundam aliorum conscientiæ, qui uicini morti, de sua salute desperant, quia Confirmationem non recepe
runt. Tales instruendi essent à suis Parochis, quæ nam sint Sacraenta saluti necessaria, & quæ non.

CONCLVSIQ; QVINTA.

Veluti in quolibet opere, ultima Confirmatio supremæ arti, aut uirtuti reseruatur, ut est uidere in Architectore, cuius interest dare formam operilli, cuius
Corint. 3. inferiores artifices materiam præpararunt. Ita Christi fideles qui apud Paulum Dei sunt ædificatio, utcunq; ab inferioribus Baptizari potuerint, à solis tamen
Act. 8. Episcopis posse confirmari, docet Praxis Apostolica, Samaritanos enim à Philippo Diacono Baptizatos ab Apostolis Episcopis, Confirmari oportuit.

COROLLARIVM.

Perinde arguenda est minorum quorundam Sacerdotum præsumptio, atq; ignorantia, qui contra Apostolicum morem in Ecclesia obseruatum,
Confirmare tentant, quum non possint. Atq; Episcoporum incuria, qui cum hanc Confirmandi autoritatem inferiori presbytero non possint committe
re, id tamen quod sui est muneris negligunt. Hac præsertim in foelici tempestate, quæ innumeris scatet Hæresibus, Contra quas magna opus esset fidei con
stantia, atq; firmitate, quam Confirmatio suppeditat &c.

Ex his patet ad primam partem propositi thematis, Negatiua responsio. Ad secundam uero Affirmatiua.

IN GREGORII SVI DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO disputationem, M. GEORGII Theandri Sacerdotis Carmen.

Recta discipulus comitans ratione Magistrum,
Non hostis timidus spicula torta pauet.
Ecclij mor E C K I V S in pulchram nam sae vocavit harenam,
tis deplo Sic hostis fidei fortis Athleta sacra.
ratio. Hoc duce defensurus erat, quis fecerat ante,
Gregorius doctas, per celebresq; Theses,
Impedissent ni Stigie decreta sorores.
Que uoluere pio rumpere fila uiro,
Dignus erat, cui pro traherent sua stamina Parece,
Corpo sic prestans, ingeniosq; fuit.
O dure nimium dure, o crudelia fata,
Que mage debebant licia nere uiro.
Sed fuerit quamvis occasio adempta Magistri,
Propositam luctam non refugit ipse tamen.
Quale det augmentum modo Confirmatio sacra.
Concinnis Thesibus, catholicisq; probat.
Hoc equidem minimè est inter Mysteria septem.
Postremum, tribuit quo sua dona Deus.

Hoc in amore Dei stabilit, tum pectora firmat,
Dæmonis hoc artes, imperiumq; leuat.
Hoc uarias doles, & munera plurima menti,
Cœlitus inserit, & robore corda replet.
Ac titillanti extinguit in carne malignas,
Illecebras mundi tabida phialra cauet.
Vnde est, queſo, malus tanta quod fraude Tyrannus?
Nunc hominum expugnet, debilitetq; genuis?
Suscitet & lites, actæ quoq; uincula pacis
Exoluat? ducibus prælia seu paret?
Hæresibus mundum præuis & schismatæ complet?
Extirpet sancta cum pietate fidem?
Protrudat miseros in crimina mille sceleratus,
Et dominus totu solus in orbe regat?
Quod (reor) hec bona contemnit pars arma salutis,
Nemo, proh dolor, hec Chrisma sacra petit,
Tartarei Ducis hinc surgit tam magna potestas,
Inde pudor nobis, dedecus inde uenit.

Quare te moneo Christi qui nomen adoras.
Hec minime Christi munera temne tui.
Fortis cum rabido bellum commite Dracone,
Sed caueas contra miles inermis eas.
Robore cœlesti pectus munito pusillum,
Sic & ab hoste tuo clara trophea feres,
Quinetiam quibus est agri commissa popelli,
Cura, uigil studium, & uester adesto labor,
Pontifices, quibus est solis data copia sacri
Istius, haud uestrum munus obit pigris
Tela igitur dabitis, mentes firmate pusillas,
Dæmonis aduersus corda parate dolos.
Ne uestra pereat culpa, quæ mortis acerbæ
Suppicio Christi turba redempta fuit.
Recte Gregorius docuit quæ robora menti,
Confirmatio, quod presidiumq; ferat.

